AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 93v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



augustinus

Q· kal· Rome ad sancti petrum ad vincula/ qui iero solimis ab herode post decollatum sancti iacobi maioris iacuerat in diebus azimorum/ volens post pasca occidere eum/ ac ab angelo a vinculis liberatus ut patet actuum xij° Et ideo vincula petri solemnisant/ ut a vinculis peccatorum absolui mereamur/ Ut rome passio sanctarum virginum/ fidei/ spei/ et caritatis/ et matris earum sapientie/ q sub Adriano principe martirij coronam adepte sunt.

D· iiij· nōn Rome translatio calixti natale beati Stephani pape/ hic cum multos converteret gentiles/ et martirum corpora sepeliret/ a valeriano capitur/ et ad templum martis ducitur quo orante maxima pars cepli corruit/ et ipse cum ceteris aufugit/ a militibus perquiritur et in celebrante missam inuenitur/ qua finita decollatur et a fidelibus [redacted] sepelitur in prouincia bitinia urbe nicea sancte theodote/ cum tribus filiis suis q igne passi consepti sunt.

E· iij· nōn Ierosolimis inuentio corporis beatissimi stephani prothomartiris/ et sanctorum gamaliel/ nicodemi/ et abibon/ in septimo anno honorij principis inuenta/ atque a beato presbitero luciano scripta Anno dni quadringentesimo quindecimo

F· ii· nōn Rome iiia latina passio Tertulini martiris/ qui sub aureliano impatore post multum cruciatum martyrium/ et circa latera igniu exustionem/ ac oris conquassationem/ atque eculei extensione/ nerburum q cesione/ dura sententia/ capitis abscisione martirium consumauit

G· non Natale sancti Cuuialdi regis anglorum/ qui nono anno regni sui/ etatis vero iuuenis octauo/ a rege paganorum in prelio caesus/ Anno dni septingentesimo quadragesimo· Eodem die sancti dominici confessoris